

9404
Q. D. B. V.
A
3

L.

CAPITA IVRIS LECTA

D E

MARITO RERVM VXORIS
VTENSILIVM EMTORE

P R A E S I D E

CHRISTIANO GOTTLIEB
H O M M E L I O , D .

TIT. DE VERB. SIGNIF. ET REGVL. IVR. PROF. PVBL.
ET FACVLTATIS IVRIDICAE VITEMB.

A S S E S S O R E

I N A V D I T O R I O M A I O R E

DIE XXII. OCTOBR. A. R. S. cia 15 CC LXXIX.

D I S P V T A N D I C A V S A

P R O P O N I T

C A R O L V S F R I D E R I C V S M E Y E R V S

D A H M E N S I S .

W I T E M B E R G A E

I M P R E S S I T I O . C H R I S T O P H . T Z S C H I D R I C H I V S .

BRUNNENSCHE
BIBLIOTHEK

GELEHRTE
ACADEMIE
IN
GÖTTINGEN

1780



Thef. I.

 Quamvis donatio Geradae ab uxore marito, non
remunerandi gratia, facta ita sit invalida, ut
nec illius morte, nec iureiurando convalescat, **Ius**
P R O V I N C . S A X . Lib. I. Art. 31. ibidemque **G L O S S .**
G E R M . C O N S T . S A X . El. 13. Part. II. ibidemque
C A R P Z . in Iurispr. For. Def. I. per venditionem ta-
men istam in coniugem, inconsulta ac invita quoque
proxima cognata *, legitime transferri, rationes, iura
et usus fori comprobant. **C O N S T . S A X .** El. 13.
Part. II. **D E C I S . S A X . R E G .** XVIII. de an. 1746.
C A R P Z . loc. cit. Def. 9. **M E N C K E N .** in Pand. Lib.
XXIV. Tit. I. §. fin.

* Obstare viderur **G L O S S .** ad **I u s F E V D . S A X .** cap. 57.
verbis : Ihr sollet auch wissen, dass kein Weib ihr Geraden
vergeben mag ohn der nechsten Gespinn Willen, weder ih-
rem Mann, noch niemands, noch auch keiner ihrer Nissiel,
et **C O N S T . S A X .** El. 14. Part. II. verb. So nicht durch
die Frau ihrem Ehemann geschickt.

Thef. II.

At ex pacto maritus, quo successor tori sociae universalis declaratur, geradam non acquirit, nec spem cognatae in succedendo eludit. HORN. in Respons. Iur. 31. Clasf. VIII.

Obiicitur L. 147. π. de Reg. Iur. L. 68. pr. π. de legat. 3.

Thef. III.

Emitio venditio utensilium neque iudiciale insinuationem, neque Notarii praesentiam, neque designationem bonorum, neque clavium traditionem in conspectu rerum tradendarum necessario exigit, si quidem donationis forma a lege definita ad venditionem non ubique extendenda. WERNHER. Part. X. Obs. 370. I.O. FRID. WERNHER. Disp. de rescissione venditionis geradicae §. 7. Vit. 1734.

Thef. IV.

Cum vero geradae universitas maxima ex parte eiusmodi contineat mobilia, quae servando servari possunt, feminae minoris utensilia, absque causae cognitione et magistratus decreto, non valide emuntur. L. 22. C. de Administr. Tut. ILL. HOMMEL. in Rhaps. Iur. Obs. 169. et ILL. H. G. BAVER. in Disp. de alienatione geradae feminae minoris §. 5. Lips. 1765. At vero utensilium venditio ab uxore adhuc minore, accedente eius iureiurando, marito sine iudicis decreto facta

facta ita quoque ob Auth. *Sacra menta puberum C. si ad-
versus venditor. confirmatur, ut deinceps ab eiusdem
cognatis retractari haud possit.* BERGER. in Ele^t.
Disc. For. Part. I. Suppl. Tit. VIII. §. 4. pag. 129.
WERNHER. Part. II. Obs. 415.

Thef. V.

Ad huius emtionis formam requiritur, ut, cum maritus sibi consensum accommodare nequeat, coniugi venditrici curator rite, legitimateque constituatur. DECIS. SAX. EL. 24. Qui, si non ab uxoris iudice domicilii, aut rei sitae, aut contractus, sed ab alio plane incompetentem, aut Notario Caesareo * est confirmatus, censetur illegitimus, venditionemque geradae, in qua est exhibitus, reddit nullam. DECIS. SAX. EL. 59. HORN. in Responf. Iur. 7. n. 6. Clasf. IV. et Responf. 33. Clasf. XVI. Convalescere tamen contractum, si rati habitio curatoris postea rite constituti accesserit, statuit BERGER. in Oec. Iur. Lib. I. Tit. IV. th. 4. not. 3.

* Secus sentit WERNHER. Part. I. Obs. 179. BERGER. in Oec. Iur. Lib. IV. Tit. XXIV. Th. 6. n. 7. et in El. Disc. For. Part. II. Suppl. Tit. VIII. §. 2. pag. 1839. At conf. BARTH. de Gerada cap. V. §. 38. et I. P. a LUDWIG in Disp. de Pseudo tutori et curatore Notarii §. 17. Hal. 1712.

Thef. VI.

Gerada universa a tori conforte vendita, eiusdemque usufructu ad dies vitae reservato, contractus pro-

* 3 pter

pter laesionem enormem impugnari nequit *, emtor
maritus vero nec plus postulare, quam ex rebus gera-
dicis adhuc tempore mortis venditricis re ipsa exstat,
nec cautionem eo nomine ab hac exigere potest **.
Integrum quoque manet venditrici postea res minor-
ris pretii aliis donare, aut alienare, neque, si eiusmo-
di quid oppignoraverit, heredes eius luere tenentur.
Quodsi vero in venditione res geradicae enumeratae,
vel singulae res utensiles ex scripta earum designatio-
ne venditae, venditrici quidem ius non est, eas, vel
earum aliquas alienare, sed neque hac in specie ven-
ditio ob laesionem ultra dimidium a venditrice, aut
eius cognatis impugnari potest. DECIS. SAX. REG.
XVIII. de an. 1746. H O F F M A N N . Tract. Statut. Local.
de Gerada cap. IV. §. 320.

* Dissentit BEYER. in Delin. Iur. Germ. Lib. II. cap. 15. §. 52.
et quam varie collegia ICtorum in hac materia quandam
responderint, patet ex BERGERI El. Disc. For. Part. II.
Suppl. pag. 1194. nec non ex eius Resp. Iur. 156. Part. I.
et Resp. 164. n. 2. Part. II. Add. I. F. WERNHER, Disp.
de Rescissione Vendit. Gerad. §. 9. seqq.

** Contrarium statuit WERNHER, Part. X. Obs. 382.

Thef. VII.

Cum premium pro gerada vendita acceptum non
naturam rerum geradicarum recipiat, sequitur, ut in
id, licet adhuc in bonis venditricis exstet, non succe-
dant prae defunetae uxoris cognatae, sed maritus emtor.
BARTH.

BARTH. de Gerada cap.V. §. 72. et HOFMANN. in
Statut. Local. de Gerada cap.IV. §. 320. pag. 326. seq.

Secus sentit BEYER. in Del. Iur. Germ. Lib. II. cap. 15. §. 58.

Thef. VIII.

E contrario tori socia pretium a marito pro gerada vendita solutum, sed ab eo ad usumfructum iterum receptum, inter cetera illata post eius mortem ab hereditibus recte repetit. WERNHER. Part.X. Obs. 383.

Thef. IX.

Coniugi gerada vendita, et illa, quae post venditionem accesserunt, vendita intelliguntur, cum haec universitas rerum et augmentum recipiat, et decrementum patiatur. Arg. L.20. §. 3. π. de hered. petit. HORN. in Respons. Iur. 7. n. 18. seq. Claff. IV. WERNHER. Part. IV. Obs. 20.

Contrarium statuere videtur BERGER. in Respons. Iur. 201.
n. 2. Part. II. Sed vid. EVND. in Oec. Iur. Lib. II. Tit. II.
Th. 28. n. 5. ibidemque ILL. WINCKLER.

Thef. X.

Vendita marito gerada, res utensiles ab eo postea uxori relegatae ista emtione non comprehenduntur. HORN. in Respons. Iur. 7. n. 25. Claff. IV. BARTH. de Gerada cap.VII. §. 3. in fin.

Thef.

Thef. XI.

Coniugis utensilia emtor heredibus post mortem suam relinquit absque qualitate geradica. ILL. HOMMEL. in Rhaps. Iur. Obs. 311. WERNHER. Part. I. Obs. 174. n. 4. BERGER. in El. Disc. For. Part. II. Suppl. Consil. 30. §. 6. pag. 1137. Hinc marito praefuncto, uxor ea, in quibus usumfructum sibi reservavit, non recipit tanquam haud vendita, sed post usufructuariae mortem mariti emtoris heredibus sine sexus discriminine restituenda sunt quoque a marito secundo superstite. Quare consilium dandum tam venditrici, ut in hunc eventum paecto sibi prospiciat, quam binubo, ne uxor's venditricis utensilia augeat. WERNHER. Part. V. Obs. 183. BARTH. de Gerada cap. VII. §. 2. ILL. WINCKLER. ad BERGERI Oec. Iur. Lib. II. Tit. II. th. 28. not. 7.

Thef. XII.

Ius ex emtione utensilium coniugi semel quaesitum per filiae nativitatem non extinguitur. WERNHER. Part. III. Obs. 139. et Part. V. Obs. 183. BARTH. de Gerada cap. VII. §. 18.

Dissentit ILL. HOMMEL. in Rhaps. Iur. Obs. 311.



ULB Halle
004 058 02X

3



56





Q. D. B. V.

CAPITA IVRIS LECTA

D E

MARITO RERVM VXORIS
VTENSILIVM EMTORE

P R A E S I D E

CHRISTIANO GOTTLIEB
H O M M E L I O , D .

TIT. DE VERB. SIGNIF. ET REGVL. IVR. PROF. PVBL.
ET FACVLTATIS IVRIDICAE VITEMB.

A S S E S S O R E

I N A V D I T O R I O M A I O R E

DIE XXII. OCTOBR. A. R. S. c i s i s CC LXXIX.

D I S P V T A N D I C A V S A

P R O P O N I T

C A R O L V S F R I D E R I C V S M E Y E R V S
D A H M E N S I S .

W I T E M B E R G A E

I M P R E S S I T I O . C H R I S T O P H . T Z S C H I D R I C H I V S .